



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 1. Nomen Suecorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

CAPVT PRIMVM.

De Suecia in genere.

§. 1. Nomen Suecorum.

NOMEN inditum huic Prouinciæ à Suenno filio Magogi Noëmi ex Iapheto filio nepote, vt primæ huius regni historix, seu fabulæ testantur. Vel fortè à Suionibus Scandiæ populis, de quibus in veteri.

§. 2. Quantitas Suecorum.

QUANTITAS eius secundùm latitudinem desumitur à Christia-nopoli 56. 2. Mi. ad ostium Fl. Paës sub 70. quod spatium red-dit 820. millia passuum, seu leucas nostras Francicas 410. Sueci-cas 137. ferè. Secundùm longitudinem ab Insulis in littore Oc-cidentali Gothiæ, quas vocant *Patenostres* 32. ad Fanum S. Nico-lai ad Lagogam lacum 57. quod spatium ad maiorem circulum reuocatum sub gradu 60. latitudinis dat 750. millia passuum, leu-cas nostras 375. Suecicas 125.

§. 3. Qualitas Suecorum.

HIC aër ferè purior est, quare omnes Sueci *μακροβίοι*. Obnoxij tamen sunt morbo qui ex salsis cibus, & parietum frigore contra-hitur, *Scoërbuck* appellant, nos molliùs *le Scurbut*, qui tamen aquâ absynthio dilutâ sanatur. De frigore huius regionis dicemus in Admirandis.

DIVIITIÆ. Sub finem sæculi præcedentis Rex inferebat in æra-rium omnibus subductis & impensis 7. auri *Tonas* vt vocant, quarum singulæ 100. millia thalerorum exigunt, seu ferè 100. aureorum nostrorum millia: licèt arces duæ Reuelensis, & Vi-burgensis 100. millia thalerorum absument, quæ tamen summa ei ex sale Liuonico conficitur in præsentia. Reliqua petit ex vecti-galibus, portoriis & fodinis. Certè tantùm æris hinc eruitur, vt materiem tormentorum bellicorum, atque campanarum om-nibus Europæis suppeditet.

Parall. Geogr. Tom. II.

X